



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici  
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quòd interfecto Georgio, reuersus Athanasius, Ecclesiae Alexa[n]drinae  
gubernacula capescebat, deq[ue] Lucifero & Eusebio, & quòd Lucifer  
Antiochiam profectus, Paulinum ordinabat episcopum. Cap. IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12704**

*Quòd interfecto Georgio, reuersus Athanasius, Ecclesie Alexandrinæ gubernacula capescebat, deq; Lucifero & Eusebio, & quòd Lucifer Antiochiam profectus, Paulinum ordinabat episcopum.*  
CAP. IIII.

**N**on longo tēpore post, Athanasium ab exilio reuersum populus Alexandrinus lubentibus animis excepit, quo quidem tempore dogmatis Ariani fautores erant ab ecclesiis exturbati: ædesq; sacræ Athanasij gubernationi reddite. Ariani autē in domib<sup>9</sup> quibusdā obscuris coacti, Lucium in locum Georgij suffecerunt. Id temporis hoc in locores fuere Alexandrinæ. Interea Lucifer & Eusebius imperatoris mandato, ab exilio reuocati sunt. Lucifer Caralorum vrbis Sardinia fuit episcopus. Eusebius autē Vercellarum, quæ est ciuitas, vt ante dixi, Liguriæ in Italia. Ambo igitur ex superioribus Thebis ab exilio reuersi, cœpere consilium, qua ratione ecclesiæ canonem violatum non neglectum cernerent. Itaque visum est, vt alter eorum, Luciferum dico, Antiochiam Siria contenderet: alter, nimirum Eusebius, peteret Alexandriam, vti concilio subsidio Athanasij cōuocato, ecclesiæ dogmata constabiliri possent. Lucifer vero eo mittit diaconum, per quem significat se rebus, quas concilium decerneret assensurum. Ipse Antiochiam profectus, statum illius ecclesiæ vehementer perturbatum offendit. Nam multitudo inuicem dissidebat, quandoquidem non hæresis solum ab Eusebio excogitata, ecclesiam diremerat, verum etiam, sicut supra memorauimus, sectatores Meletij qui studio singulari erga doctorem suum affecti erant, ipsi cum suis dissentiebant. Lucifer igitur, Paulino episcopo ibi constituto, inde decedit.

*Quòd Eusebius sese Athanasio iungens, concilium episcoporum Alexandria conuocauit, qui trinitatem consubstantialem liquido pronuntiauerunt.*  
CAP. V.

**E**usebius, vbi venit Alexandria, diligenter agit cum Athanasio de cogendo concilio. Conuenire episcopi ex variis ciuitatibus cœperunt: de multis reb<sup>9</sup> apprime necessarijs differere: